Sigismundus Primus Rex Poloniæ Consiliaribus et Oratoribus ad Romaniam missis

136

Reverendissime in Christo Pater et magnifici sincere dilecti. Scripsit ad nos Illustrissima Domina Barbara Dux Saxoniæ, et Soror nostra Charissima, ut ex exemplo literarum quod cum praesentibus mittimus S. vestrae cognoscent. Illustris Domini Georgij Ducis Coniugis sui Romaniam adolescentem quendam nobilem ex Ducatu Saxoniæ oriundum filium cuiusdam Poloniæ quæ ab Illustr. sua hinc abducta in matrimonium illic in Ducatu fuit viro collocata, ut in Regno nostro possessionem bonorum adiret quæ bona iure materno per successionem ad se esse devoluta praetendit qua committimus vestris Illasque hortamur ut cum adolescens iste venerit et S. vestras de iustitia administranda pro his bonis praenominatis requisiverit illi consilium et modum dent quo pacto ille quod ad se iure pertinet procul omni dilatione consequi valeat

valeat Jactura S. vestrae rem et officio suo
dignam et nobis gratam quae valeant
feliciter